

Petrus Tomicki, Christophoro de Schidlowie  
castellano Cracov. regni cancellario.

63

Magnifice domine, domine et amice honoran-  
dissime. Venit huc ad me plebanus Ibiuiz-  
nensis, et questus est mihi de vicecapitane  
Lucoviensi servitore magnificentia vestra, quod  
illum ad exedificandum sumptu suo unum  
in civitate Lucoviensi propugnaculum impensio  
adigat, inquiens se illi intercepturum esse  
decimas ni id faciat. Quae res nova quidem  
et hactenus inaudita mihi videbatur, sed quam  
tamen nunquam crediderim ex scientia vel  
voluntate magnificentia vestra proficisci, nam:  
que satis suo illam pro summa sua pru-  
dentia, in immunitate sua quaeque conserva-  
re solere, praesertim vero eos, qui ad iuris-  
dictionem meam pertinent. Quare summo  
studio magnificentiam vestram rogo, ut ser-  
vitorem suum iussu et mandato suo ab eius-  
modi iniuria contineat, imperetque illi, ut ho-  
minis Dei servitio, et religionis mysteriis  
addictos, in quiete et immunitate sua per-  
manere patiatur. In quo faciet magnificen-  
tia vestra rem dignam laude et honore  
suo, mihi vero magnopere gratam. Commen-  
do me amori et benevolentiae fraternae magni-  
ficentiae vestrae, quam cupio felicissimam esse  
se, et diu cum suis omnibus sospitem

1529  
ac incolumem. Datum Cracovia die Ascensio-  
nis Domini, anno Domini 1529.